

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historia Zaringo Badensis**

**Schöpflin, Johann Daniel**

**Carolsruhae, 1765**

XLII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

Ego Arnoldus Cancellarius vice Henrici Moguntini Archiepiscopi, & Archi Cancellarii recognovi.

Data XII. Kal. Augusti, Indictione VIII. Anno Dominice incarnationis M. C. XL. VI. Regnante Chunrado Romanorum rege secundo, anno regni ejus VIII.

Actum Ulme in Christo feliciter, Amen.

Nota. Donationem hanc Conradi III. Fridericus I. Imp. successor ejus, confirmavit Constantiæ A. 1183. consentiente Berchtoldo Duce. Inter testes leguntur Fridericus Dux Suevorum, Otto Dux Bavarix, Comes Ludovicus Ferrettarum, Comes Hermannus de Vroburc, Comes Wernherus de Honberc & Fridericus frater ejus, Berchtoldus de Ufinberc.



XLII.

NOTITIA DONATIONIS ALLODII AD BASTOLVIS-  
WILRE MONASTERIO S. PETRI FACTÆ.

A N N O M C X L V I I I .

*Ex Rotulo San-Petrino.*

**A**nno Dominicæ Incarnationis M. C. XLVIII. dedicata est Ecclesia S. Petri à Domino Herimanno Constantiensi Episcopo. cujus parietes jam præ vetustate collapsi sunt. & cujus menia ad instar Constan-

tianæ aniculæ corruerant. sed per Dominum Gozmannum hujus loci Abbatem. Deo juvante restaurata velut pulchra juvencula surrexerunt. cujus Dedicacionis officio rite peracto. eandem sponsam Christi ac si alteram Jerusalem novam donatione cujusdam allodii ad *Basoluiswilre*. communi fratrum suorum assensu nobiliter dotavit. Quod vir quidam nobilis Cono de Eicha vocatus. viam universæ carnis ingressurus. una cum servo Hiltmaro ejusque familia. S. Petro pro redemptione animæ suæ devotus tradiderat. sed temporibus infelicitatis à filio ipsius H. & aliorum pravorum invasione seu deprædatione a nostra ditione exterum, & penitus abalienatum fuerat. Cui defectui jmmo inefficientiæ quidam ex fratribus nostris Sigefridus presbyter dictus. se objiciens pieque succurrens. utpote qui claustralibus utilitatibus sive in libris sive in cappis vel aliis hujusmodi negotiis ut debuerat sepe profuerat. trium marcarum largitione à malignorum infestationibus idem allodium prorsus liberum effecit. mediante & juvante Adalberto de Scopfheim. definitum est hoc apud castrum Offenburc. audientibus & videntibus religiosis personis. Videlicet Domino Volmaro Abbate Hirfaugienfe. Gotefrido Genginbacense. Conrado Scutrenfe. itemque Conrado Swarzahense. & non solum his. sed & aliis nobilibus viris. quorum nomina subscripta sunt. Rodolfo de Ahlesowa. Eberhardo de Sibichinsteina. sed & de *Domo Ducis* interfuerunt isti. Adalbertus de Scopfheim. Adalbertus & frater ejus Conradus de Stoufinberc. Sarnagal de Appinwilre. Sigihelm de Tatenwilre. Burchart de Stoufinberc. Adalbertus de Baden. & alii quamplures.

---

---